

123

Augustus Tertius Dei Gratiâ Rex Polonia, Magnus Dux Lithuania, Russia, Prussia, Masovia, Samogitia,  
Kjovia, Volhynia, Podolia, Podlachia, Livonia, Smolenscia, Severia, Czerniechoviaq. Nec non Hereditarius  
Dux Saxonia & Princeps Elector.

No. 13.

Significamus presentibus Literis Nostris, quorum interest Universis & Singulis. Quia Nos Bona Mlyniec in Terra  
Dobrinensi sita Collegij Thorunensis Religiosorum Patrum Societatis IESU, propria & hereditaria ad meliorem  
Statum perducere volentes, Postulationi Eorundem Patrum Societatis IESU annuendo, Nundinas Ternas, nempe  
in et pro Festo Sancti Iosephi Sponsi Beatissima Virginis Mariae, Sancti Michæelis Archangeli et Sancti Andreae  
Apostoli, ibidem instituendas esse duximus, uti quidem Instituimus presentibus Literis Nostris. Pro quibus quidem  
Nundinis noviter institutis, liberum esse volumus omnibus cuiusvis generis Hominibus, Mercatoribus, Negotiatoribus,  
et Artificibus, tam Domesticis quam Extraneis, vicinis & remotioribus, cum rebus & mercibus sive ad victum sive ad ne-  
gotiationem pertinentibus, venire, in eisq. qua illis visa fuerint emere, vendere, res pro rebus, merces pro meribus  
commutare, & alia omnia honesta & de Jure licita negotia agere ac tractare; Omnibus eò venientibus & exinde re-  
deuntibus, securus tutusq. accessus & recessus patere omnino debet, nisi forte tales sint, quos Jura publica fovere non  
permittant, & quibus Consortium Bonorum jure merito sit denegandum; Ita tamen, ut id fiat sine præjudicio Vicinarum  
Civitatum & Oppidorum. In cuius rei fidem, Præsentem Manu Nostra subscriptam, Sigillò Regni Communiri jussimus.  
Datum Varavia, Die VII. Mensis Octobris. Anno Domini MDCC. Regni vero Nostrî XVIII Annò.

Augustus Rex



Nundina in Oppido nuncupato Mlyniec,  
in Terra Dobrinensi sita; Religiosorum Patrum  
Societatis IESU, Collegij Thorunensis, proprio  
& Hereditario, Conceduntur.

Joannes Klopowski Canonicus Cathedralis Pre-  
sident P. R. Maiestatis Sijiti Regni Secretarius



N. 14.

Pravděpodobně se jedná o  
převzetí, pro které je v  
příloze, in fine, list s  
Collegii Thronensis concordantia

1756 Op. 2. 17. 18. 19. 20.

### Pro Cancellariatu


Ill. mi. Excell. mi. ac R. d. m. Domini Michaelis  
Comitis de Granon Wodzicki Decani  
Cathedralis Cracoviensis, Abbatis Commendatarii  
Vychocens, et Cervenens, Pro Cancellarii Regi.

1756

Præsens Privilegium est ad acta Capituli  
Capituli Dobruvniensis Terræ Dobruvniensis  
Secunda ipsius die Commemorationis  
Fidelium Defunctorum anno Do-  
mini 1756 per oblatam susceptum  
Inductum et Inscriptum

Sigillatum

Przeirski



424

Rkp 1223/68